


*Hippocrates Chymicus.* 243  
priatâ , constringit verò qual-  
itate secundâ .



*Nux cassa.*

C A P V T   X X I X .

**C**uprum quod dixi ab aceto  
verti in æruginem , hoc stil-  
lare iubet Reformato r. Me-  
mini inquit a: me mentionem <sup>a Appendix</sup>  
fecisse cuiusdam menstrui secre-  
ti ; hoc menstruum quanquam iu-  
bebat malignorum , ingratissimo-  
rumque cuculorum canina inui-  
dia , inter secretiora arcanorum  
scrinia detinere , nec tam citò in  
meridianam lucem emittere ; dum  
tamen omnem vindictam ingra-  
titudinis & odij , undeundè mi-  
hi pro beneficijs iniuriose illati  
Deo relinquendum , suadet rectè  
factorum conscientia . ut bonitati  
publicæ rem præstem gratam ; spi-  
ritum prenominatum publici iu-  
ris faciam : cui magna remedio-

Trifflis se-  
ueritas qui-  
dem inest  
in voltu: at  
verbis nul-  
la fides. Te-  
rent. in An-

244 Ottonis Tachenij  
rum pars, tanquam columnæ non  
exiguae innitetur.

Quid nunc docet Regius no-  
ster Doctor ? Spiritum veneris,  
& menstruum secretum ! ( Ri-  
sum tenete amici ) quod propter  
indignos detinere decreuerat.  
Vah impolita ruditas ! sed quis  
vnquam in hoc viro, tantam li-  
beralitatem totque beneficia pro  
publico bono quæsiuisset , nisi  
ipse se manifestasset?

Ô curas hominum, ô quantum est  
in rebus inane !

Centum & plures anni sunt  
elapsi , cum Basilius Valentinus  
hanc aceti distillationem in vul-  
gus edidit ( in libello quem vo-  
cat , *Manuductio Medicinae*,  
idiomate Germanico, & rursus  
impresso Francofurti, apud Lu-  
cam Iennis. Anno 1625. in  
4. ) sub hocce titulo : *Vera per-*  
*larum solutio.* Reformator hunc  
à Basilio sibi mutuauit , suppresso  
Authoris nomine , ibique de  
verbo ad verbum habetur , &  
hunc non solum venditat pro-

soluente vniuersali ; sed ( insuper fingit ipsius inuentum , scribillatque *Spiritus noster veneris* )

& pro LIQVORE AL-

KAHEST a, adeò ut non  
sine fatali prænuntiatione , Io-  
hannes Fredericus Bauz , Re-  
formatoris nomen , dignissimo

Anagrammate , pharmacopœ  
præfixit , quod ibidem videri po-  
test. Addit autem Reformator,  
sine vlla erubescenția. *Hic lau-  
datissimus spiritus , in medicina  
non solum magnarum virium est,  
cum Epilepticis , Apoplecticis ,  
Histericis , Hypochondriacis sum-  
mè opitulatur , legitimè ac debi-  
tè exhibitus b, verum etiam tan-  
quam LIQVOR ALKA-  
HEST se habet , & non ut re-  
liqui spiritus acidi , qui soluendo  
paientur , & destruuntur , in-  
que aliud ens conuertuntur &c.*

Vtinam Basilius , cùm distil-  
lare docebat hoc acetum , im-  
postores timuisset , sicut Hippo-  
crates , Paracelsus , & reliqui  
Philosophi : Reformator hunc,

a in aqua  
Epileptica,  
pharmacope  
Regie foli  
170.

b ad quid  
incōcinnas ,  
supruosas ,  
laboriosas ,  
& nauseo-  
sas Regias  
compositio-  
nes , si ace-  
tum , omni-  
bus gratū ,  
hac perficiū

pro liquore Alcahest, non venditasset; imò nec tot encomijs illum decantasset, neque etiam mundo tam fraudulenter impo-  
suisset. Hoc acetum quo quis præ-  
tio redimendum suadet, addit-  
que hæc magnifica verba, quæ  
præterea, alto notabis calculo  
sicilicet. *Hoc lector amice frue-  
re secreto, inquit, & fauore mei,  
pro fidelium communicatione,  
beneuole perseuera.* Proh Iipi-  
ter! huc adeste, perscrutatores  
acertimi, vobis illustratum est  
secretum, nūquam ab aliquo  
scriptis mandatum. Sed ridet na-  
tura! pro veritate nunc pudenda  
commenta docere! nonnulli  
sunt, qui sine magno labore,  
tempore & sumptu, similem &  
potentiorē liquorem, ex aceti  
matre in magnum vas recipiens  
distillant, quem tamen pro Al-  
cahest non proclaimant.

Videamus nunc subiectum;  
ex quo Reformator mirabile  
soluens distillat, quod immerito  
iure sibi appropriat, appellatque

*Turpe est  
dætori, cum  
culpare dar-  
guit ipsum.*

*Hippocrates Chymicus.* 247  
hoc nomine, *Spiritus noster ve-*  
*neris.*

Illud est ærugo , vel æs viride , quod sic fit : Cupri lami-  
næ , cum vinaceis iam acescen-  
tibus conduntur ; hæc aciditas ;  
rodendo cuprum , cum eo coa-  
gulatur in sal ; sicut omni aci-  
do , rodendo contingit , vt de  
plumbo & corallis ad oculum  
demonstraui. Istud sal viride ,  
cum Aceto distillato mundificat  
Reformator ; inde sane nihil  
aliud , quam acetum extillare  
potest , vt Basilius candidè fa-  
retur supra citato loco. Sicut  
etiam spiritui vitrioli euenit ro-  
dendo cuprum , tunc fit vitrio-  
lum ; quod si distillatur , nihil  
aliud nisi idem vitrioli spiritus ,  
seu stigma quod affudisti , eli-  
cies ; iuxta illud : *nemo dat quod*  
*non habet.* Remanens caput  
mortuum , vel fæces , funde in  
tigillo , addito pauxillum nitri &  
tartari ; tunc redit cuprum ,  
quod fuit , priusquam cum ace-  
to in viride æs mutatum esset .

*Axioma  
philosophi-  
cum.*

X. iiiij,

En secreta & arcana materia,  
quam Reformator superfluâ li-  
beralitate , pro bono publico  
communicare voluit , & quoniam  
pretio redimendum suadet. Hoc  
secreto inquiens fruere lector a-  
mice &c. Apage , his cum im-  
posturis , quas vulgus ridet , ijs-  
que fidem non adhibet ; quia no-  
uit secreta non esse detegenda ,  
nisi in parabolis , allegorijs , me-  
taphoris , inuolucris & similibus  
figuris. Sic iussit fecitque Hip-  
pocrates & veneranda antiqui-  
tas : *in auribus insipientum ne  
loquaris , inquit sapiens , quia  
despiciunt doctrinam eloquij tui.*  
Sic Ioan. Picus Mirand. libro  
de dignitate hominis. Sic Pytha-  
goras , Plato , Boetius , Macro-  
bius in somnio Scipionis , Cor-  
nelius Tacitus &c. omnes vni-  
co ore committunt secreta non  
esse detegenda , eò ut dignè im-  
pediantur indigni.

Sed age ! nonnè minori cum  
labore & dispendio , vti licet a-  
ceto simpliciter distillato , cum

*Arcana pu-  
blicata vi-  
lescunt.*

fit vna eademque res? nonnē  
Tirocinij scriptores, sal perla-  
rum & corallorum præparare  
docent cum aceto distillato, &  
postea abluere? quæ tamen inu-  
tiliter habentur, quippe acida  
nimirum coagulantur cum so-  
luto, vt supra aliquoties osten-  
di. Sed vt paucis in summam  
contraham. Acetum & *Spiritus*  
*veneris Reformatoris*, non sunt  
nisi aqua impregnata sale aci-  
do volatili; & si illud quicquam  
rodit, coagulatur confessim:  
quod postea per combustionem,  
fixatur in alcali.

Qualem prærogatiuam habet  
nunc magisterium corallorum &  
perlarum Reformatoris præ alijs,  
quæ Tyrocinia ponunt? id do-  
cet spiritus vitrioli vel sulphuris,  
qui præcipitat vtrumque: cuius  
ratio est, quod potentioraci-  
ditas apprehendit solutum, &  
in illo coagulum suscipit, & ob  
id etiam pondere crescit: exinde  
enim repetere non licet, nisi  
violento igne.

Siccine Deo, proximo, & veritati satisfacit Reformator, ut peierat in animaduersionibus,

<sup>a</sup> Cicero pro Rabirio posth  
has 21. ubi  
semel quis  
peierauerit,  
ei credere  
postea non  
oportet.

Experimen-  
tum est fal-  
lax, cuius  
notitia non  
praecesserit.  
*Bernard. ad  
Thomam.*

<sup>a?</sup> Hæc sine sunt adiumentiones  
ex vera ratione & experientia

<sup>b</sup> conscriptæ, nemini tamen ad-  
huc visæ, vel animaduersæ, ad so-

latium generis humani! ut ait

in præfatione Appendix. Ita-  
nè fallendus & deludendus Hæ-  
rus? cui promittit in dedicato-  
ria, quod ignorat; genuinam  
scilicet componendorum medica-  
mentorum methodum, & usita-  
tam ab erroribus mundare, ne  
populus in aris dispendium &  
valetudinis sèpè sèpius præcipi-  
tatur, ut hac in parte & subditâ  
fælicius viuant: Venditare scilicet  
acetum pro Alcahest? Hæc sine  
sunt illa, quæ omissis negotijs  
necessarijs in vulgus cum tanto  
labore a profecta sunt? ut lo-  
quitur epilogus.

<sup>a</sup> chi dice il  
vero non s'  
affatica, &  
mi marauil-  
glio del tuo  
sudare! dis-  
se Dante.

<sup>b</sup> in Appé-  
dice fol.  
835

Sed Reformator, aceto suo-  
ebrius, non cessat miranda can-  
tare; *Spiritus noster veneris, in-*  
*quit, b extrahit ex chalibis li-*

*Hippocrates Chymicus.* 251  
matura adstringentem tinturam.  
Hem quid audio; noua res!  
quasi omne acetum cum ferro  
limato non rubesceret? Fabris  
ferrareis id notissimum. In  
mantissa Hermetica c paulo an-  
te docet, quod crocus adstrin-  
gens solâ reuverberatione, nullâ  
aliâ re admistâ, exactissime præ-  
parari potest; Nanc ut aceto  
fides adhibetur, concedit vtrum-  
que. Quid istud est aliud, quam  
impertinenter & ignoranter nu-  
gari? imò docere, salis & ace-  
ti contrarietates, & vtrumque  
non cognosci.

c fol. 791.

*Acetum*  
cum ferri  
limatura  
rubescit,  
spiritus au-  
tem vitrioli  
coagulatur  
cum ea in  
vitriolum.



*Exitus acta probat.*

#### C A P V T XXX. & Ultimum.

**S**ciendi desiderio pharmaco-  
pœam Regiam à Reforma-  
tore ingenti gloriolæ pruritu  
conscriptam, multisque absur-  
ditatibus repletam, evolui. Pro-